

Lesefrüchte und kleine Beiträge

Ein Reisebüchlein für JerusalemPilger

Mitgeteilt von August Bernoulli in Basel

In der Papierhandschrift F. 82 der Würzburger Universitätsbibliothek, deren Hauptinhalt die eigenhändigen Aufzeichnungen des aus Durlach gebürtigen und 1490 in Basel verstorbenen Juristen Johannes Bär oder Ursi bilden¹, findet sich auf einem eingeklebeten Doppelblatt, von unbekannter Hand des XV. Jahrhunderts gefertigt, die hier folgende „Via ad sepulcrum domini“. Da bei der Beschreibung der Meerfahrt die Insel Korfu bereits als venezianisch, die Stadt Ragusa hingegen noch als vom König von Ungarn abhängig erwähnt wird, so wurde dieses Pilgerbüchlein wohl noch in der ersten Hälfte des XV. Jahrhunderts verfaßt. Doch ist die vorliegende Handschrift schwerlich die Urschrift des Verfassers. Denn unter den in italienischen Seemeilen sonst durchweg richtig angegebenen Entfernungen erscheint hier diejenige zwischen Coron und Rhodus statt 400 verschrieben in 600 Meilen. Im übrigen jedoch ist auch die Arbeit des Verfassers nicht frei von Irrtümern. So hält er z. B. die Insel Cerigo für die dem Apollo geweihte Delos, die er überdies mit Delphi zu verwechseln scheint. Ebenso hält er Rhodus, von dessen Koloß er wohl etwas wissen mochte, für das alte Colossae, an dessen Christengemeinde der Brief des Apostels Paulus gerichtet war. Rätselhaft erscheint auch der Name „Goete“, womit er offenbar, wie schon das dabei erwähnte Labyrinth zeigt, nichts anderes meint als die Insel Kreta.

Den Hauptinhalt der Schrift bildet jedoch nicht die Meerfahrt von Venedig bis Jaffa, sondern die Beschreibung der heiligen Stätten von Jerusalem, wobei jeweilen der volle Wortlaut der Gesänge und Gebete mitgeteilt wird, welche für die prozessionsweise Herumführung der Pilger vorgeschrieben waren. Diese liturgischen Teile der Handschrift enthalten manche Abkürzungen, deren sichere Auflösung mir lediglich durch die gütige Mithilfe von P. Gabriel Meier, O. S. B. und Stiftsbibliothekar in Einsiedeln, ermöglicht wurde, welchem ich mich deshalb zu großem Dank verpflichtet fühle.

1) Über Ursi und seine Schrift s. Basler Chroniken VII, S. 163 ff.

Via ad sepulcrum domini in Jherusalem, et loca sancta
ibidem et indulgentie.

De Venetiis ascensa galea navigatum est ad Polam, alias Pollam, 100 miliaria. Hec civitas a Rollando Demitteros, indigenis tum paganis, dicitur esse capta. In cuius circuitu adhuc monstrantur interfectorum paganorum sepulcra lapidea de opere quadrataro ordinata et composita in numero copioso. Ubi etiam adhuc manent vestigia cuiusdam eximii pallatii¹ ex una parte, et cuiusdam pulcherrimi theatri pro exercitio militarii ex alia, que dictus Rollandus dicitur construxisse². Et manet pronunc civitas antedicta sub dominio Venetorum.

De Pola navigatum est per maritima Slavonie usque ad Aragusium³ 400 et 30 miliaria. Et est hec civitas in regno Pannonie sub dominio regis Ungarie.

De Aragusio navigatum est per maritima Albanie usque ad Corphu insulam in Grecia Magna sita, 300 miliaria. Huius insule caput est quoddam opidum habens duo castruuncula quasi inexpugnabilia, unum a parte australi dicti opidi, et aliud ex parte⁴ septentrionali. Et manet dicta insula nunc sub dominio Venetorum.

De Corphu⁵ ad Modun 300 miliaria. Hec civitas situatur in quadam parte Grecie, que dicitur Romania. Et inde est vinum ibi crescens, et sortitur nomen insule, in qua crescit⁶.

De Modun ad civitatem, que dicitur Corona, sub dominio Venetorum, 20 miliaria.

De Corona ad Rodum 400 miliaria⁷. Hec civitas antiquitus dicebatur civitas Colocensis⁸. Cui Paulus apostolus unam de suis direxit epistolis, ut patet in canone novi testamenti. Et manet hec civitas sub dominio militum hospitalariorum sancti Johannis Jherosolimitani.

Inter Coronam et Rodum ex parte septentrionali jacet insula quedam, quam Greci antiquitus Delphos, Latini autem Cyrigo nominant. De qua Helena, uxor Menelay regis, a Paryde fuit rapta. Et manent ibi templi vestigia, ubi colebatur Appollo. De quo templo dicta Helena transducta fuit in Asyam. Videtur etiam ex parte australi, modicum tendens ad orientem, insula Goete⁹, in qua adhuc cernitur spelunca in montanis, septem habens introitus pulcherrimos et patentes, sic tamen intricatos, quod ingressum in speluncam predictam vix egreditur de eadem.

De Rodo ad Baffam 300 miliaria. Hec civitas in actibus apostolorum Paphos nominatur. Et est in regno Cypri, et ibi crescit succarus in maxima copia.

1) Vermutlich die noch vorhandene Ruine des Augustus- und Romatempels.

2) Noch im XVIII. Jahrhundert hieß die Ruine des Amphitheaters: Haus des Orlando.

3) Ragusa.

4) Hs.: et alia ex parte.

5) Hs.: De Cophu.

6) Gemeint ist wohl der Malvasier.

7) Hs.: 600 (DC statt CD).

8) Colossae.

9) Candia, Creta.

De Baffa ad Lymesim ¹ 50 miliaria.

De Lymesim ad Barutum ² 100 et 80 miliaria. Extra ambitum huius opidi stat quedam ecclesia sancti Georgii, ubi filiam cuiusdam regis de fancibus draconis eripiens eundem draconem ibi dicitur interfecisse. Inter quam ecclesiam et opidum antedictum adhuc monstratur spelunca dicti draconis, necnon quoddam ruinosum palatium, ubi prefatus rex cum sua regina hoc generosum miraculum aspexerunt.

De Baruto ad Acris ³ 60 miliaria. Hec civitas quondam excollebat in divitiis et deliciis et in pulchritudine edificiorum omnes civitates alias Orientis, prout ruine eius satis monstrant.

De Acris ad Joppem, que vulgariter Jaffa dicitur, 60 miliaria. Hic sanctus Petrus resuscitavit a morte Thabitam servitricem apostolorum. Et ibi prope est locus, in quo sanctus Petrus stabat ad piscandum. Et ibi sunt 7 anni indulgentie et totidem quadragene.

De Joppe sive Jaffa ad Ramulam ⁴ 12 miliaria. Extra Ramulam, ad duo miliaria parva versus septentrionem, est quedam vetusta et dirrupta civitas, que antiquitus vocabatur Liddy. Ubi stat ecclesia semirupta per Sarracenos, in qua sanctus Georgius fuit martirizatus. Et ibi sunt 7 anni indulgentie et totidem quadragene.

De Ramula ad Jherusalem 30 miliaria. In via, aliquanto ultra medium versus Jherusalem, est sepulcrum Samuelis prophete, et paululum ultra vallis terebinti, ubi David devicit Goliath.

In civitate Jherusalem est ecclesia sancti sepulchri, in qua sunt loca infrascripta, infra modicum spatium includuntur. Ad que peregrini processionaliter cruce erecta, singulis cereos manibus suis gestandibus, deducuntur per fratres montis Syon ordinis sancti Francisci. Et primo inchoatur processio ante faciem sancti sepulchri, et proceditur ad cappellam virginis benedictae, ubi Christus post resurrectionem primo apparuit matri sue. Est etiam in eadem cappella ad quandam fenestram in pariete columpna, ad quam Christus fuit ligatus et verberatus in domo Pylati. Et ibi cantatur hec antiphona: Apprehendit Pylatus Jhesum ⁵ et ad columpnam ligatum fortiter flagellavit. Versus: Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. Oratio: Adesto nobis, Christe salvator, per tuam penalem flagellationem et per tuum stillantem aspersumque sanguinem preciosum, ut omnia peccata nostra deleas nobisque tuam gratiam tribuas, et ab omni periculo et adversitate nos protegas. Qui etc. Et ad istam capellam conceduntur 7 anni indulgentie et totidem quadragene.

Deinde progressum est ad locum, ubi Christus in specie ortulani apparuit Marie Magdalene. Et ibi cantatur hec antiphona: Surgens Jhesus mane prima sabbati apparuit primo Marie Magdalene, de qua

1) Limasol.

2) Beirut.

3) Acra, Ptolemais.

4) Ramleh.

5) Hs.: Pylatum Jhesus.

eicerat septem demonia. Versus: Maria noli me tangere; quia nondum ascendi ad patrem meum. Oratio: Benigne Jhesu Christe alpha et omega, qui mane prima sabbati Marie Magdalene dulciter lacrimanti te affabilem jocundis confabulationibus et vultu desiderabili prebuiisti, concede nobis indignis famulis tuis, ut sanctissimam faciem tuam plenam gratiarum in celesti gloria meritis tue resurrectionis videre valeamus. Qui etc. Indulgentie 7 anni et totidem quadrage.

Deinde progressum est ad locum, ubi Christus post latam in eo mortis sententiam, ante quam sua crux esset parata, incarcerabatur. Et ibi cantabatur antiphona: Ego te eduxi de captivitate Egipti, demerso Pharaone in mare rubro, et tu me tradidisti carcere obscuro. Versus: Disrupisti domine vincula mea, et tibi sacrificabo hostiam laudis. Oratio: Domine Jhesu Christe angelorum decus, gaudium et libertas mundi, qui pro nostra redemptione capi, ligari, carcerari, alapis cedi, flagellari et conspui voluisti, fac nos, quesumus, indignos famulos tuos penas et contumelias pro tui gloria nominis letanter suscipere, ut ad tue pietatis consorcium mereamur feliciter pervenire. Qui etc. Indulgentie 7 anni et totidem quadrage.

Deinde progressum est ad locum, ubi milites crucifixo domino sorciabantur super vestimenta. Et ibi cantabatur antiphona: Milites, postquam crucifixerunt Jhesum, acceperunt vestimenta sua dantes unicuique militi partem. Versus: Diviserunt super vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Oratio: Benigne Jhesu Christe, qui pro nostra redemptione ab indignis peccatorum manibus non solum in cruce nudus suspendi et mori voluisti, sed etiam tua sacratissima vestimenta parti et donari permisisti, concede, ut spoliati vicis ¹, virtutibusque adornati, tibi deo vivo et vero in celesti gloria presentari mereamur. Qui etc. Indulgentie 7 anni et totidem quadrage.

Deinde progressum est ad locum subterraneum, ubi sancta crux, clavi, ferrum lancee et corona spinea salvatoris inveniebantur, decantando hos versus: O crux ave spes unica etc. Te summa deus trinitas. In loco autem illo cantabatur antiphona: Orabat Judas: deus, deus meus, ostende mihi lignum sancte crucis. Cumque ascendissent de loco, perrexerunt ad locum, ubi jacebat sancta crux. Alleluia. Versus: Hoc signum crucis erit in celo etc. Oratio: Deus, qui hic in salutifera sancte crucis inventionem passionis tue miracula suscitasti, concede, ut vitalis ligni pretio eterne vite suffragia consequantur per nos. Et ibi est plena remissio peccatorum.

Deinde ascendendo ad primam sepulturam sancte Helene cantabantur hii versus: Huius obtentu deus almae etc. Tibi gloria patri geniteque proli et cetera.

1) Hs.: spoliatis vicibus, virtutibusque.

Ad ipsum autem sepulcrum cantabatur antiphona: Helena Constantini mater Jherosolimam petiit, alleluia. Versus: Ora pro nobis, sancta Helena, ut digni efficiamur. Oratio: Deus, qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili virtutem recte intentionis corroborasti, praesta, quesumus, ut sancte Helene regine exemplo, cuius studio desideratum regis nostri lignum sancte crucis detegere dignatus es, ea ante Christi sepulcrum jugiter indagari atque consequi, te favente, mereamur per eundem. Indulgentie 7 anni, totidem quadragene.

Deinde progressum est ad locum, in quo habetur columpna marmorea, ad quam Christus ligatus fuerat et etiam coronatus. Et ista columpna ad dextram precedentis columpne, videlicet flagellationis, dicitur columpna coronationis. Et ibi cantabatur antiphona: Ave. Ego dedi tibi sceptrum regale, et tu meo capiti imposuisti spineam coronam. Versus: Posuisti, domine, super caput eius coronam de lapide pretioso¹. Oratio: Domine Jhesu Christe, qui humano generi condolens coronam spinarum in tuo sacratissimo capite suscepisti et sanguinem tuum pro salute eius fudisti, respice ad indignas preces nostras, ut a te elementer exaudiri, indulgentiam et remissionem omnium peccatorum nobis tribuas per tuam magnam misericordiam et pietatem immensam. Qui etc. Indulgentie 7 anni et totidem quadragene.

Deinde ascensum est ad montem Calvarium cum ymno: Vexilla regis prodeunt et cetera. Et in ipso sacro monte cantabatur antiphona: Ecce locus, ubi salus mundi pependit, venite, adoremus. Versus: Adoramus te Christe et benedicimus. Oratio: Domine Jhesu Christe, fili dei vivi, qui hunc sanctissimum locum pro salute humani generis precioso sanguine tuo consecrasti, ad quem hora tertia duci voluisti, ibique te spoliari a militibus permisisti, ac demum hora sexta in cruce suspensus pro peccatoribus exorasti, matremque dolorosam virginem virginem commendasti, ac ultimum hora nona in patris manibus clamans, orans et lacrimans spiritum tradidisti, et ibidem corpus tuum scissum lancea perforari sustinuisti, concede, quesumus, ut nos et omnes, qui tuo sacratissimo sanguine redempti sumus et tue passionis memoriam celebramus, eiusdem passionis beneficium consequi valeamus. Qui etc. Et ibi es plena remissio peccatorum.

Deinde descensum est et progressum ad lapidem, ubi Christus mortuus et de cruce depositus fuerat reclinatus et unctus ac lintheaminibus involutus. Cum ymno: Pange lingua etc. Et ibi cantabatur antiphona: Unguentum effusum nomen tuum Jhesu; ideo adolescentuli dilexerunt te. Versus: Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem propter bene. Oratio: Dulcissime Jhesu Christe, qui in tuo sanctissimo corpore tuorum ascendens devotione fidelium, ut te verum regem et sacerdotem ostenderes, inungi ab eisdem tuis fidelibus voluisti, concede, ut corda nostra unctione spiritus sancti valeant ab omni infectione peccati

1) Hs.: coronam accipere pretioso.

continue preservari. Qui cum patre etc. Et ibi est plena remissio peccatorum.

Deinde progressum est ad sanctum sepulcrum cum ymno: Ad cenam agni providi etc. Et ibi cantabatur antiphona: Quem totus mundus non capit, hic uno saxo clauditur, atque morte jam perempta inferni claustra ambigit. Versus: Surrexit dominus de sepulcro. Oratio: Domine Jhesu pie, qui hora diei vespertina devote depositus in brachiis dulcissime matris tue, ut pie creditur, reclinatus fuisti, horaque ultima in hoc sacratissimo monumento corpus tuum exanime contulisti et die tertia mortalitate deposita gloriosus exinde resurrexisti, angelos quidem eiusdem resurrectionis testes apparere jussisti, ac Magdalenam lacrimabiliter ¹ te querentem primum in hoc loco tua presencia consolatus fuisti, tribue, quesumus, nos et omnes, quos in oratione commendatos suscepimus, qui de tua passione memoriam facimus, resurrectionis gloriam consequamur per te, qui etc. Et ibi est plena remissio omnium peccatorum.

Sunt etiam in dicta civitate alia loca sancta, videlicet:

Ante portam dicte ecclesie in platea est locus, ubi Christus requievit medicum portando crucem.

Domus divitis, qui micas panis Lazaro negavit. Truncum, in quo auguraverunt Symonem, ut tolleret crucem domini. Locus, ubi Christus deposita cruce vertit se ad mulieres dicens: filie Jherusalem, nolite flere super etc.

Locus, ubi beata virgo Maria pasmavit, videndo Christum portare crucem.

Scola virginis Marie, in qua didicit litteras.

Domus Pylati, in qua Christus fuit contemptus, flagellatus, velatus et morti adjudicatus.

Domus Herodis, in qua Christus fuit ductus, derisus et veste alba indutus.

Locus, ubi Christus dimisit peccata Marie Magdalene.

Probatia piscina.

Porta sancti Steffani, per quam ductus fuerat ad lapidationem.

Porta aurea, per quam Christus intravit Jherusalem in die ramis palmarum. Et in quolibet istorum locorum conceduntur 7 anni indulgentie et totidem quadragene.

In valle autem Josaphat extra civitatem infrascripta continentur, videlicet:

Ecclesia, in qua est sepulcrum beate Marie virginis. Et ibi est plena remissio omnium peccatorum.

In quolibet autem loco subsequenti conceduntur 7 anni indulgentiarum et totidem quadragene:

1) Hs.: lacrimabiliter.

Locus, in quo sanctus Steffanus fuit lapidatus.

Torrens Cedron, de quo legitur in evangelio. Et dicitur, lignum crucis stetit ibi pro ponte per multa tempora.

Locus spelunce, ubi Christus ter oravit ad patrem.

Fons, in quo virgo Maria lavit panniculos Christi, quando ipsum presentavit in templum.

Fons Syloe, in quo cecus fuit illuminatus.

Locus, ubi fuit sectus a Judeis serra lignea Ysayas propheta. Et ibidem est sepultus.

Campus sanctus emptus pro 30 argenteis, pro quibus Christus fuit venditus.

In monte Oliveti infrascripta loca continentur:

Ecclesia et locus, de quo Christus ascendit in celum. Et ibi est plena remissio peccatorum.

In subsequentibus vero locis conceduntur 7 anni et totidem quadragene:

In supradicto ¹ monte Oliveti est ortus, in quo Christus fuit captus ac ligatus.

Locus, ubi Christus duxit secum tres discipulos dicens eis: sedete hic.

Locus, ubi sanctus Thomas recepit zonam a beata virgine Maria, ipsa ascendente in celum.

Locus, ubi Christus flevit super civitatem Jherusalem sanctam.

Locus, ubi angelus presentavit palmam virgini Marie, dicens ei: Tali die eris assumpta in celum.

Locus, qui dicitur Galilea, in quo Christus apparuit 11 discipulis.

Locus et sepulcrum sancte Pelagie virginis.

Locus Bethphage.

Ecclesia sancti Marci ewangeliste, in qua apostoli composuerunt credo.

Locus, ecclesia, in qua Christus docuit apostolos orare et dicere pater noster ².

Locus, ubi virgo Maria pausabat fatigata, visitando omni die ista loca sancta.

Ecclesia sancti Jacobi minoris, in qua sibi Christus apparuit in die pasche. Et in ipsa ecclesia ipse postmodum fuit sepultus.

Et etiam ibi sepulcrum cuiusdam prophete nomine Zacharias.

In sancto monte Syon subscripta loca sancta continentur, videlicet:

Locus, in quo beata virgo Maria post ascensionem Christi per 14 annos habitavit, et ibidem migravit de hoc seculo.

1) In radicto.

2) Alles Folgende i. d. Hs. aufgeklebt, doch von derselben Hand.

Cenaculum, in quo Christus cum discipulis suis commedit agnum paschalem et confecit altissimum sacramentum. Et ibidem lavit pedes discipulorum, et in die ascensionis exprobravit incredulitatem ipsorum.

Locus, ubi apostoli receperunt spiritum sanctum in die penthecostes. Et in unoquoque locorum istorum est plena remissio peccatorum.

In aliis autem locis eiusdem sancti montis sunt 7 anni indulgentie et totidem quadragene, videlicet:

Locus, in quo Judei capere voluerunt corpus beate virginis Marie, quando portabatur ad sepeliendum.

Locus, ubi Petrus flevit amare de negatione Christi.

Ecclesia sancti angeli, que erat domus Anni pontificis, ad quam Christus primo fuit ductus, ligatus, contemptus, examinatus et alapa percussus.

Ecclesia sancti salvatoris, que erat domus Cayphe pontificis, in quam Christus fuit ductus, contemptus, examinatus et a Petro negatus.

Locus, ubi sanctus Johannes ewangelista dicebat missam coram¹ beatam Mariam virginem.

Locus, ubi sanctus Mathias fuit electus in ordinem apostolorum.

Oratorium beate virginis Marie, in quo stabat in oratione ante cenaculum.

Locus, ubi sepultus fuit secunda vice sanctus Steffanus cum Gamaliele et Abibon.

Locus, ubi Christus aliquando predicabat apostolis. Et ibi prope est locus, in quo beata virgo Maria sedebat audiendo predicare Christum.

Locus, ubi fuit assatus agnus paschalis.

Sepulcrum David, Salomonis, Hiskia et aliorum regum Juda. Et sic est finis huius etc.

Zum novatianischen Schrifttum

Von Hugo Koch in München

1. In den Schriften, die mit größerer oder geringerer Sicherheit Novatian zugeschrieben werden, ist gerne vom Gewissen die Rede. Gleich der Eingang des römischen Schreibens an Cyprian von Karthago, das nach dessen Zeugnis (Ep. 55, 5) von Novatian verfaßt wurde, lautet: „Zwar pflegt ein gutes, auf die Strenge evangelischer Zucht gestütztes und in den himmlischen Satzungen bewährtes Gewissen sich mit dem

1) Hs.: missa coram.